



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita alterius senis Monasterij Lauræ, qui cum Leonibus dormiebat. Capvt.
XVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

erant. Mox autem vt bibim⁹, confortati sumus, & iter agentes tribus diebus alijs sine potu, peruenimus ad loca habitabilia.

Vita Machni senis.

CAPVT. XVII.

DICEBANT de quodam magno sene, qui in eodem monasterio Abbatis Petri morabatur, quod quinquaginta annos egisset in spelunca sua, neque vinum bibens, nec panem comedens, nisi tantum fufureum. Tertio autem singulis hebdomadibus communicabat.

Vino non utebatur, & panem fufureum comedebat.

Vita alterius senis Monasterij Laura, qui cum Leonibus dormiebat.

CAPVT. XVIII.

NARRAVIT nobis Abbas Polichronius presbyter de alio sene, qui sedebat in eadem Laura Abbatis Petri, quod plerunque abiens, in ripa Iordanis commanebat, & vbi cubile leonis inuenisset, illic dormiebat. Die vero quadam tulit ducem leonis, catulos intra pallium suum in Ecclesiam, & dicebat fratribus: Si mandata Domini nostri Iesu Christi custodiremus, ista animalia profecto nos timerent, sed propter peccatum serui effecti, nos illos timere comprobamur. Quare magnifice aedificati fratres, ad mansiones suas recesserunt.

Vide Sanctos etiam immanissimis bestijs in virtute Dei imperare.

Relatio Abbatis Elie De seipso.

X 2

CAP.